Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift

congrua monachis habitacula con
struxit. et ipsius sacri loci statum aditu
litate divini servitii studiosissime
reformavit. religiosos etiam quosque ita
liberalitate sua ad devotionis studi
um invitavit. ut ex quorundam do
nationibus possessiones ipsius cenobii
admodum dilataret. et infra paucos quam annos
plures ad sacre militiam vite fratres attrac
tos. magisterio suo et cura decentissime
gubernaret. His prelibatis. vite eius
sanctitatem liceat summatim perstringere.
ut liquido cunctis clareat. quibus pro
fectuum gradibus ad gloriam hanc sit evectus.
Erat denique parsimonie sectator eximius.
creberrimo macerans ieiunio corpus.
ita ut in precipuis ieiuniorum diebus ex con
suetudine biduum abstinentiam continu
aret frequentius. et his contra tempta
mentorum iacula clipeis premunitus.
vigilias amabat. et assiduitate orandi